

Christian Ehrenfried Eschenbach

**Vniversitatis Rostochiensis Rector Modernvs, Christianvs Ehrenfried
Eschenbach, Med. Prof. Et Vrbis Pol. De Conservanda Sanitate Qvaedam
Proponens, Resvrgenti Mvndi Servatori Sacros Dies, Omni Cvltv Pio
Transigendos, Cives Academicos Hortatvr**

Rostochii: Typis Adlerianis, [1784?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877342741>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1784. Ostern.

M-1256. 421. b.



11 April 1784

VNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS RECTOR
MODERNVS,
CHRISTIANVS EHRENFRIED
ESCHENBACH,
MED. PROF. ET VRBIS POL.
DE
CONSERVANDA SANITATE
QVAEDAM PROPONES,
RESVRGENTI
MVNDI SERVATORI
SACROS DIES,
OMNI CVLTV PIO TRANSIGENDOS,
CIVES ACADEMICOS
HORTATVR.



ROSTOCHII,
TYPIS ADLERIANIS.

1986 421.6

ANIVERSITATIS ROSTOCKENSIS
CHRISTIANUS FRIEDRICH
SCHINAGH
DE

COSERIANA SANCTAE

RESA
MUNDI SACROS DIES
CUM CAVITA HOC TRIVIENDOS

CINIS MAGISTRICOS





edicina non solum monstrat modum,
quo aeger a morbo liberatur et cum
sanitate in gratiam redit, sed etiam
hominem sanum a morbis turum sistit.
Hinc duae istius partes principales
oriuntur, *Hygieine* et *Pathologia*, qua-
rum sanitatem praesentem conseruare docet illa, haec deper-
ditam restituere operam nauat. Et quamuis dentur auctores
partem medicinae adeo spectabilem, ac quidem *Hygieine* est,
scientiae medicae obiectum constituere negantes, et solam
sanitatis

A 2

U. P.

sanitatis amissae restitutionem medico incumbere contenden-
tes, e. g. SCHELHAMMERVS in *Art. Medend. Vniuers.* Pro-
paed. Cap. I. §. VIII. tamen iidem hi auctores, vbi de peste
agunt, praecauendae eiusdem normam simul suppeditant,
sicque se ipsos refutant, e. g. SCHELHAMMERVS *Art. Med.*
citat. Vol. III. Libr. IV. Cap. I. Quisnam quoque, praeter
medicum, homini, sanitatis iacturam timenti, consilia dabit
recta?

*Hygieine ad exsequendum finem regulas proponit tam
generaliores, quo pertinent praesidia diaetetica, obseruando
scilicet iustum moderamen respectu aëris, alimentorum, ani-
mi pathematum, somni et vigiliarum, motus et quietis, ex-
cretorum et retentorum; quam specialiores, ad hominum
aetatem variam, vitae genus, ad anni tempora, quin et ad
morbos nonnullos spectantes.*

*Aër, ad respirandum absolute necessarius, si vaporibus
sit nimium repletus, aut alia ex causa quacunque impurus,
respirationi adeo magis obest, quam prodest, ut non desint
exempla subitaneae mortis ab aëre, vaporibus antiquis replete
in cauernā diu clausa manente; quam homo post factam aper-
tionem incautus intravit, ast et exemplo suffocatus; quod
idem, id est, lethalis euentus, nonnunquam obseruatum legi-
tur de iis, qui somno se dant, in camera, vel cuius paries
recentissime fuerunt calce obducti, vel quam carbones accensi,
sed in praeparando non satis ab igne penetrati, calefaciunt.
Praeterea aër aut nimis frigidus, aut nimium calidus, ad
respirationem non est aptus; et quidem prior propter densi-
tatem, alter propter raritatem iusto maiorem. Eligatur ita-
que, quantum fieri potest, temperatus, nec additis particulis
peregrinis inquinatus. Quodsi vero vapores, quodammodo
copiosi, fugari penitus nequeant, adeoque aëris vaporibus per-
mixtus euitari in totum non possit, quale quid e. g. in noso-
comiis nonnunquam occurrit, aëris depurationi allaborandum,*
tam

ram aëre externo puriori per apertas ianuas fenestrasque admisso, quam suffumigis accensis, cui fini inseruiunt, carbonibus iniecta ignitis, succinum, gummi benzoe, storax, baccae iuniperi, et in officinis pharmaceuticis reperibilia, puluis fumalis, massa ad fornacem, candelae fumales, aliaque compluria. In aedibus incolarum vrbium, in eundem finem, exstructae obseruantur fornaces, quarum ad focum dicens apertura in ipso adest hypocausto, nec non ventilatores, fenestris hypocausti immissi: haec ambo interim media, propter angustiorem aperitaram, multo minorem praestant usum, quam aperta hypocausti ianua; ac durante hyeme calor, a fornace calefacta excitatus, simul auolat eo maiori quantitate, eaque inutili, cum hypocaustorum habitatorum ianuae etiam hyeme aperiantur subinde, atque hac ratione vaporum quantitas sufficiens eliminetur. Porro, quoniam generatim aëris externi calor mediocris sanitatem tuetur, hinc, durante aestate, corpus nimium et ad continuum sudorem usque vestimentis non obregatur: hyeme vero calor corpori vestimentis potius est addendus, quam hypocaustis ultra modum calefactis, quibuscum scilicet noxia refrigeratio subita euitatu est admodum difficilis, licet, quoad frigus impune tolerandum, consuetudini aliquid, imo nonnunquam sat multum, sit dandum: tandem denique, appropinquante vere, vestimenta per hyemis decussum indui solita, cito nimis haud relictantur.

Alimenta quotidie assumit homo, ad resarcendos quotidianos humores, per varia corporis emunctoria deperditos. Ex iisdem *esculentis* vel e carnis, tam animalium quorundam domesticorum, quam ferarum parantur, vel e piscibus, vel e frugibus diuersi generis oleribusque, e quibus singulis carnes piscesque aut cocta comeduntur, aut assata, aut fumo induata: frugum plerumque pauca assumuntur cruda, plurima non nisi cocta. Atque ex iis olera et fructus horei concoctu omnium creduntur facilissima; posthaec pisces, quoad concoctionem facilem in medio quasi positi, numerantur, iisque et



marini et fluuiatiles; concoctu tandem difficultimae ha-
 bentur carnes, cum hac interim distinctione, quod volatilium
 carnes reliquis facilius concoquantur, ceterisque difficultius
 caro bubula, caro suilla, nec non quaevis pingua. Probationis locum tener experientia, quae docet, quod quilibet,
 qui oleribus ad sanitatem usque vescitur, longe citius recur-
 rentem experiatur famem, prae illo, qui, sub iisdem de cetero
 circumstantiis, carne quadam sese sariauit. Neque excienda
 veniunt a reliquis congeneribus caro indurata fumo atque
 pisces marini, apud germanos auctores nonnullos, procul a
 nostra prouincia degentes, ambo quoad concoctionem diffi-
 cilem, praetereaque caro dicta quoad creditas proprietates
 noxias, a praeparandi modo relictas, atro notata calculo.
 Commemorata namque caro non differt a cocta, nisi in eo,
 quod ad communicandam ipsi necessariam pro absoluenda in
 ventriculo et intestinis concoctione teneritatem speciale quod-
 dam medium, fumus, adhibeat ignis culinaris loco, quod-
 que propter actionem fumi lenissimam longior mora ad per-
 ficiendam coctionem hancce requiratur. Pisces vero marini
 generatim durioris prae fluvitalibus texturae nil obtinent.
 Certissimum interim est, non piscium modo dari, sed carnium
 quoque, alia prae aliis textura teneriori praedita: quod, licet
 pingua quaevis, adeoque et pinguis piscium et animalium
 carnis pars, nec sine fundamento, concoctu habeatur omnium
 difficultima, aliquid tamen dandum consuetudini, cuius
 ope alter eduliis quibusdam, et pinguis et aliis, impune ve-
 scitur, quae alteri, iisdem haud assuefacto, maxima pariunt
 incommoda; quod denique specialis quaedam, nec explican-
 da, in censum simul veniat corporis humani proprietas,
 qua mediante homo hanc vel illam esculentorum speciem
 penitus et continuo aversatur. Sic dantur, qui asparagi furio-
 nes, eduliorum genus vernale et mitissimum, comedere ne-
 queunt: alii, qui butyrum recens respuunt, non vero idem
 liquefactum; alii, qui ex ely iuscotorum carnium elixarum
 roties, quoties ea assumendi periculum instituunt, mala varia
 expre-

161801

A

experuntur, propterea iis vesci, non audentes; alii adhuc,
 quibus, quem poma recentia spirant, odor est intolerabilis,
 et sic porro. Ast additamenta in praeparando perpendenda
 etiam sunt, e. g. quaecunque acero diutius immersa seruantur
 edulia, licet per se teneriora, ab addito aceto duriora euadunt;
 quae multo cum butyro praeparantur, pinguium indolem
 ratione concoctionis difficilioris assumunt: praeterea inter
 olera dantur quaedam, quae manifesta qualitate aromatica
 praedita sunt, e. g. apium, petroselinum; aut, acribus annu-
 merantur, vrpote cepa; aut vera constituunt aromata, cina-
 momum nempe, nux moschata, zingiber, piper, alia; quae
 igitur in copia addita vim calefacentem, adeoque medicam,
 exercent. Tandemque auctores nonnulli, pultes e frugibus
 farinaceis paratas, et cum vel sine lacte addito comedas, sani-
 tati obesse fidem spondent, easque pro commodo vermbus in-
 festinorum nido declarant, et collae, qua vtuntur bibliopegi,
 simillimas volunt. Interim nemo eorum probationem ex
 autopsia desumptam addidit: a pulte, aëri liberori quiete ex-
 posita, sicque putrescente, ac vltimato vermium plena, ad
 pultem farinaceam in ventriculo et intestinis concoctam non
 valet consequentia: bibliopegus collae sua gluten admiscet,
 quod e pellibus ouium iuniorum extrahitur coquendo, ast
 inter eduha locum nullatenus inuenit: praetereaque infantes
 bene multi, primo aetatis anno, saltem secundo ac tertio, vna
 cum laete materno, alimentis farinaceis nutriuntur, cum iisdem
 fani et salui, optimeque crescentes magnitudine; et
 quamvis id potissimum ruricolarum aliorumque insimae sortis
 hominum, generatim duriori vieti ac laboriosiori vitae generi
 assuetorum, infantibus contingat, hi tamen infantes in tenera
 aetate ista nondum polent consuetudine. *Potulenta*, prae-
 cereris visualia sunt: aqua, cerevisia, vinum. Ex hisce eligat
 manus quilibet sibi, quod et palato gratum, et corpori salu-
 tare experientia testatur: eviterque nimiam potulentis cujuslibet
 generosioris ingurgitationem, ne sanguini calor noxius
 communicetur. Eamque ob causam non bibatur inter pran-
 dendum,



dendum, et coenandum vinum, excepto dilutissimo forte, nisi aqua sive permixtum, sive interpolatum: atque cerevisia ad secundariam potius accedat, quam ad primariam, maxime in iis, qui largiorem potum amant. Inter aquas varii generis fluviatilis, ceu levior et purior, ordinarie, nec male, prae fertur ceteris.

Animi pathemata sanitatem non offendunt, in gradu mediocri constituta, quoties vero ulterius accrescunt, noxam, eamque aliquando maximam, inferre possunt. Cerie in aetoribus annotata leguntur exempla subitaneae mortis e summo terrore, itemque ex ira vehementi, quin et e gaudio subito ac immoderato productae. Quae quidem noxa lethalis, omnisque inde orta alia minor, nec adeo gravis, in ira et gaudio universalem subitamque sanguinis ebullitionem pro fundamento agnoscit: in terrore autem a spasmo oritur, qui, vasa cutis sanguifera quaelibet constringens, sanguinis copiam nimiam ad viscera amandat, in iisdem stasis inflammatoriam ejusque consestaria excitantem. Ex iisque terror ceteris manus adhuc periculum minatur, quoniam aggressione inopinata et iram et gaudium longo post se relinquit intervallo.

Somno nocturno indiget homo ad reparandas vires, diurnis laboribus consumptas: nec ullus immodicas vigilias sine sanitatis, quin et perpetuas ultimato sine ipsius vitae, dispensio perfert. Tempus eidem impendendum, secundum antiquiores, septem horae perficiunt generatim, prouti notus habet versiculos; Septem horas dormisse, sat est puerisque senique. Interim temporis istius quantitatem omnibus haud prodesse eandem, diversi gradus vires, post labores aliove modo superstites, declarant. Infantibus igitur, nec non senibus, aut quacunque ex causa debilibus, diuturnior somnus est concedendus; robustis vero et in aerate virili sive media constitutis parcior, saltem per vices, sufficit: habet tamen et consuetudo suum hic, eumque maximum, influxum. Eodem e funda-

fundamento somnus meridianus non conducit, nisi debilioribus,
 quo nomine jamjam commemorati veniunt infantes, senes,
 itemque e morbis, praesertim magnis, convalescentes. Ad
 quaestione; Num sanis salubre sit, stragulis durante somno
 obtegi, an expeditat, leviori potius uti corporis involucro, vel
 laneo, vel sericeo? respondendum est, quod aliqua hic admit-
 tenda sit temporum anni et virnum differentia; quod perspe-
 ctu sit facile, sanitatem potius laedi quam servari, corporis
 durante somno stragulis operatione ea, ut istud continuo su-
 dore diffuat; cum humor, quem e corpore sudor proicit,
 minime sit excrementarius, sed laudabilibus annumerandus,
 in usum corporis varium collocandis; quod igitur sanus et
 justo corporis robore gaudens, maxime si accedat consuetudo
 a teneris aliqua, sine sanitatis detimento leviori utatur invo-
 lucro dicto; quod debilior autem, isque qui stragulis tem-
 pore etiam aestivo obtegi consuevit, hanc, quam hyeme du-
 rante necessitas juber, consuetudinem servare debeat. Utili-
 ter adhuc, somno se datus, quaevis et animi pathemata
 fortiora, et ideas inamoenas seponit, iis namque nil aptius
 existit, vigiliis inducendis immodicis et taedio plenis. Som-
 nus tandem modum excedens eosdem edit effectus noxios,
 quos edit quies nimia, de qua in mox sequentibus.

Motus corporis, qui vel perficitur ambulando, equo-
 currve vehendo; vel ab opificibus, agricolis, mercenariis,
 praestitis laboribus cum speciali eoque manifesto ac sat diu
 durante extremitatum concursu absolvitur; vel pectoris com-
 motione singulari fit, recitando scilicet concionem, aut viva
 voce legendio per aliquod temporis decursum: maxima sani-
 tati emolumenta affert, sanguinis namque circulum promo-
 ver, et secretionum singularum negotium in proportione de-
 bita conservat. Modicus interim sit ubique, ac cum viribus
 corporis congruat semper, necesse est. Immoderatus enim,
 aut justo diutius protractus, ebullitionem sanguinis ejusque con-
 fectoria progenerat, sicque sanitati nocimento est. Quies-
 etiam-



etiam, quae, moderata, corpus labore viribus exhaustum reficit, si modum excedat, partium solidarum fibras atonia multat, quae iterum fluidorum intra easdem cumulum nimium, et secretionum turbas, aliaque mala post se trahit. Eundem hunc effectum noxiū exserit somnus nimius, qui quietis est species.

Inter excernenda, diversarum in corpore secretionum ope, potissimum annotari merentur transpiratio insensibilis et excretio alvina; inter retinenda, prae reliquis, saliva. Quem influxum habeat in sanitatem *transpiratio*, et quanta sit quotidie, speciatim SANCTORIVS monstravit in *Medicina statica*, sanguinis enim depurationem promovet, quia impuros e corpore blande educit succos, tam eos, qui quotidie inutiles redditи a sanguine circulante secedunt, nec per renes egrefsum inveniunt: quam eos, qui, plane peregrini, ab extra in corpus per vasa absorbentia penetrarunt. Nunquam ergo per admissum studio aërem frigidorem suppressatur, ne, vasis cutaneis subitaneo spasmo contractis, humores in nimia copia ad viscera amandati noxiū ibidem edant effectum. Nec autem, vel motu corporis vehementi, vel calefacientibus assumptis, in verum augеatur sudorem, quoniam sic effectus salutaris praedictus, transpirationi proprius, cessat. Non nulli in pedibus aut alibi in corpore, loco transpirationis, verum experiuntur sudorem: quibus igitur, ad conservandam sanitatem, idem, evitanda scilicet illius subita suppressio, incumbit. *Excretio alvina* adeo ad sanitatis conservationem concurrit, ut vix illa detur corporis conditio a naturali recedens, quae plura et adeo diversa inducat mala, quam alvi obstructio, prouti experiuntur ii, qui vel propter vitam sedentariam, vel ex prava consuetudine, vel ob aliam adhuc causam, ejusmodi morbo habituali laborant. Adsunt quidem, qui non nisi quovis biduo, aut die tertio, alvum exonerant, cetera sani. Optime vero sibi consulunt, quicunque, ut alyum quotidie obtemperantem habeant, operam navant.

Atque

Atque hoc conamen adjuvat partim potus sufficiens, ne scilicet in intestinis desit humoris intestinalis, ad evacuandam alium necessarii, copia debita; partim certa dici hora, sive matutina, sive pomeridiana, sive vespertina, huic negotio destinata, atque strictissime observata quotidie. *Saliva* a sputatoribus justo copiofior exspuitur, potissimum tabaci fumum sugendo; ista vero minime est humor aliquis plane excrementius, quemadmodum hi sibi persuadent, sed potius, quoad maximam partem, e sero constat laudabili ac in usum corporis impendendo. Hoc sese orbat quilibet, qui salivam inutiliter, et in copia majori ex ore ejicit, atque damnum eo magis incurrit, quo strictiori gaudet corporis habitu, superfluos humores serosos non alentis, hinc eorum jacturam notabilem aliquam impune haud ferentis.

Specialiora Hygieines monita respiciunt ad infantes, viros, senes, sexum sequiorem, eruditos, urbium et pagorum incolas, curas sic dictas vernales, morbos contagiosos, etc. Sed de hisce singulis jam agere, angusti vetant limites Programmatis.

P. P. SVB SIGILLO RECTORALI,

DIE II. APRIL. 1784.



lepidum silvatum imbutae pannae retinuta.


2. Alia ad 1. adiecit modum insipitum hyscuse, Ali
cas, lepus, leporum primogenita, selenites, miltites, et pecc
tus, lepus, leporum primogenita, selenites, miltites, et pecc
tus, 2. ad 1. puto longioris tam ad 10. annos, absit enim tunc
longior.

E. B. ETAT SOCITO RECOCRUT

ETAT SOCITO RECOCRUT







fundamento somnus meridianus non conducit, nisi debilioribus
 quo nomine jamjam commemorati veniunt infantes, seni
 itemque e morbis, praesertim magnis, convalescentes.
 quaestione; Num sanis salubre sit, stragulis durante somno
 obtegi, an expediatur, leviori potius uti corporis involucro,
 laneo, vel sericeo? respondendum est, quod aliqua hic adi-
 tenda sit temporum anni et virium differentia; quod per
 etu sit facile, sanitatem potius laedi quam servari, corpore
 durante somno stragulis operatione ea, ut istud continuo
 dore dissuat; cum humor, quem e corpore sudor proli-
 minime sit excrementius, sed laudabilibus annumerantur
 in usum corporis varium collocandis; quod igitur sanu-
 justo corporis robore gaudens, maxime si accedat consuet-
 a teneris aliqua, sine sanitatis detrimento leviori utatur in
 lucro dicto; quod debilior autem, isque qui stragulis tem-
 pore etiam aestivo obtegi consuevit, hanc, quam hyeme-
 rante necessitas juber, consuetudinem servare debeat. Ut
 ter adhuc, somno se datus, quaevis et animi pathem
 fortiora, et ideas inamoenas seponit, iis namque nil ap-
 existit, vigiliis inducendis immodicis et taedio plenis. S-
 nus tandem modum excedens eosdem edit effectus nos-
 quos edit quies nimia, de qua in mox sequentibus.

Motus corporis, qui vel perficitur ambulando, et
 curruve vehendo; vel ab opificibus, agricolis, mercenariis
 praestris laboribus cum speciali eoque manifesto ac sat
 durante extremitatum concursu absolvitur; vel pectoris con-
 motione singulari fit, recitando scilicet concionem, aut
 voce legendo per aliquod temporis decursum: maxima
 tati emolumenta afferit, sanguinis namque circulum pro-
 ver, et secretionum singularium negotium in proportionem
 bita conservat. Modicus interim sit ubique, ac cum vii
 corporis congruat semper, necesse est. Immoderatus et
 aut justo diutius protractus, ebullitionem sanguinis ejusque
 sectaria progenerat, sive sanitati nocimento est.

A 5

